ad

a xpo inter martyras honoratur pollicente ipso & dicente Nemo est
qui relinqu& domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem
aut filios & non recipi& septies tantum in isto tempore In saeculo autem
uenturo uitam a&ernam Item in apocalypsi hoc idem loquitur
Et uidit inquit animas occisorum propter nomen xpi & sermonem dei
Et cum primo in loco posuiss& occisos addidit dicens & quicumque
imaginem bestiae non adorauerunt nec acceperunt inscriptionem
in fronte aut in manu sua Quos uniuersos a se in eodem loco uisos coniun
git ac dicit & uixerunt & regnauerunt cum xpo uiuere omnes dicit
& regnare cum xpo non tantum qui occisi fuerint. Sed quicumque in fi
dei suae firmitate & di timore perstantes imaginem bestiae non adora
uerint neque ad funestas eius & sacrilega dicta consenserit

XIII Plus nos accipere in passionis mercede quam quod hic sustinemus in ipsa
passione Probat beatus apostolus paulus qui dignatione diuina
usque in tertium caelum atque in paradisum raptus audisse se inenar
rabilia testatur qui occulta fide ihm dnm uidisse se gloriatur quid
quod & didicit & uidit maioris conscientiae ueritatem profit&ur
Non sunt inquit condignae passionis huius temporis ad super uenturam
claritatem quae reuelabitur in nobis Quis ergo non omnibus uiribus
elabor& ad claritatem tantam peruenire ut amicus di fiat ut cum xpo
statim gaudeat ut post tormenta & supplicia terrena praemia diui
na percipiat Si militibus saecularibus gloriosum est ut hoste deuicto
redeant in patriam triumphantes quanto potior & maior est gloria
uicto diabolo ad paradisum triumphantes redire Et unde
adam peccator eiectus est illuc prostrato eo qui ante deceperat
trophea uictricia reportare offerre dno acceptissimum munus incor
ruptam fidem uirtutem mentis incolumem laudem deuotionis inlustrem
comitari eum cum uenire coeperit uindictam de inimicis recepturus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc105/0188